

PROFESSIONE RELIGIOSA.

Quod spectat ad tertium, si Frater N. . . . ob depravatione, & a correctione profisi alienos mores rejectus fuisset, major occurreret difficultas; complures enim Auctores, ut Bassius loc. cit. num. 6. contendunt Religiosum ob depravationem dimissum teneri ad redditum se comparare, putantque id eum efflagitare debere. Verum alii contrariant. Ut ut res habeat, non ille, desperata folummodo correctione, remissus fuit, sed ob id etiam, quod ejus Professio ipso cum impedimento, quod Statuto dirimens declaratur, emissa absolute nulla est.

Debet igitur a Deo veniam exposcere, I. quod ad Capucinos accederet, iquidem ob Statutum, de quo dictum est, ineptu se noverit. II. quod se, ut fatur, licentia dederit, & scandalo fuerit, ut Capucinos ad se repudiandum adierit. Ceterum cum Exeat legitimum obtinuerit, potest in Ecclesio tutu conscientia verfar, si judicet non sine sapientia plorunq; virorum consilio hanc vita rationem sua ipsius fatui congruerit.

Decisum hoc die 25. Julii ann. 1694.
G. Fromageau.

CASUS VIII.

Conditione suspensa Professio.

- 1 Professio, que conditionem futuram adjunctam habet, nulla est; & in foro interno non obligat.
2 In foro externo absoluto apparet Professio, quamvis Professio Alta contrarium evincat.

QUÆSITUM.

Iesuita, cum videret postremi sui voti tempus appropinquare, illud ea tantum conditione dñe statuit, si nempe rationes, quas, ut e Societate egredi sibi licet, majoribus Superioribus allegare in animo habeat, probata non inservent. Quinto decimo ante Professionem mensile per Actum Notarii manu firmatum tñ non alter, quam ea conditions velota pronuntiata significat; eumque Actum euulgarunt, vel duobus ante Professionem membris; haud diffimile Actum polllat a Notario, qui Aniciti in Velaunia degabat, eumque rogat, ut Rectori, in cuius manibus vota editoris erat, actum exhibeat. Notarius omnino renuntiavit, nec sibi, ut sit, negotium, & contentio cum Patre Rectore sit. Paucis ante Professionem diebus Religiosus per Urbem, qui Jesuitarum mea est, obambulans conditionata tantum Professionis edenda consilium cuiusdam Monasterii Antisilite aperuit, idemque Iesuita duebus, & Laico declaravit; denique hora dimidio ante cœrementiam Superiorum conventi, elque significat se quidem vele, qua supra declaratum est, ratione Professionem emittere. Reipsonder Superior, tentationem eam esse: eumque cohortaret, ut, quod ceteri convevissent, & ipse perficiat. Religiosus assentienti similiis a colloquio recedit, nec sine confusione omnibus ceremoniis Professionis edit, signaque manu propria.

Sex circiter membris post reclamat, & Romanæ Curia Rescriptum obtinet, in quo a Pontifice ex supplici libelli expositione, eum Professione edidisse in manus cuiusdam Superioris, ad id porcellum non habentis contra Confessiones Societas, &c. acque ita, remota faltate, locum non habegrat, cuius illatos, & origo fuit. Neque ad rem facie Decretalis Super litteris, quanvis ibidem dicatur, Rescriptum usui est posse, cum certum est, faltatem, qua in eo occurrit, Pontificem impeditur non fasce, quoniam gratiam tribueret, etiam si faltas ei nota fuerit.

I. An Professio hæc ita perfecta vere conditionata sit, vel an ejusmodi confessio sit?

II. An, facta hypothese conditionata eam esse, validia sit?

III. An non exppositio in Pontificis Rescripto contenta fal-

PROMISSIO.

Duorum generum Promissio est, verbalis una, scripto exarata alia; in sequenti casu non nisi de propriis generationibus sermo est.

CASUS

Promissiones verbales.

Marianna, que ore tenus Cubicularia promisit centum numeros aureos in deum nuptiarum gratia, & annuis præterea quinquaginta francos, quibus ejus stipendium augetur, remittit Deo duplex hoc premissum facere, siquidem possit.

QUÆSITUM.

Articulus M **A**ria-Anna pridie quam matrimonium contrahens, Anne-Francisca, que ei a cubiculo erat ab annis quatuor, centum numeros aureos promisit, vel coruus loco, quod summa tradenda per sit, annum redditum solvere; quanvis enim hac in re Syngrapha nulla sit, sed tantum verbalis assit data quidem & acceptata promissio; non minorem tamen obligationem coram Deo ea verba producent, ad conscientiam quod attinet, quia Maria-

ann pretendit excusationem; quod ejusmodi promissio sit grata, quam proinde, non inde cum voluerit, exequi debet.

Secundus Articulus. Præterea eadem Maria-Anna promisit Anna-Francisca se ei, quindiu sibi erit a familiâ, quinquaginta libras annua solutaram in augmentum stipendi, quod ei a matre tribuebat, & cujus gratia non satis in fertu detinebatur, cum ex iis, quibus ante deserviebat, mercedem longe maiorem percepit.

Rogatur Conscientia Consilium, ut indiget, quæ tandem Maria-Anna obligatio sit.

Consilium Conscientia subscriptum censet, Mariam-Annam teneri centum numeros aureos, quos Anne Francise promisit, vel coruus loco, quod summa tradenda per sit, annum redditum solvere; quanvis enim hac in re Syngrapha nulla sit, sed tantum verbalis assit data quidem & acceptata promissio; non minorem tamen obligationem coram Deo ea verba producent, ad conscientiam quod attinet, quia Maria-

Anne

PROMISSIO.

217

Anne eam intentionem sive constat, ut se vere obligaret, siueque promissio effectum exigendi jus Anne Francise tribueret, quod id est, quod Justitia obligatio dicatur.

Fortasse quidem si promissio hac ab exordio spectetur, nihil est aliud, quam gratia, ac Maria Anna bona voluntas; verum ex quo probata & acceptata fuit, evasit proprie dicta promissio, quæ proinde falli non possit, quia violetur obstricta fides, ac Justitia lassatur.

Ad alterum articulum idem responsi est: immo vero in justitia existere longe gravior, ni quinquaginta libra in fi-

pendi augmentationem exhibe solventur, non solum quia ultra ac libere profusi ut centum nummi aurei promissio sunt, verum etiam quia perfectum fuit id incrementi ad Justitiam spectare, ut proinde ea quædam restitutio, seu damni reparatio sit, eo tendens, ne Anna-Francisca Dominam deferat.

Hinc sequitur, Mariam-Annam ad summas, que supplici proposito articulo continentur, solvendas, siquidem possit, obligari.

Decisum in Sorbona hac die 31. Januarii ann. 1697.
G. Fromageau.

PROPRIETAS RELIGIOSORUM.

Proprietas semper tamquam vitium spectata est in Religiosis, quibus per Canones stricto jure vetitum fuit, ne quid habent proprii, tamquam oportunitum paupertatis voto, quod solemniter ediderunt secundum Evangelii verba hac: *si vis perfectus es, vende omnia, que possides, & sequere me.* Quamobrem Religiosi nihil privatum habere debent, non vestes, non libros, non laboris instrumenta, non aliud quicquam; imprimis vero pecuniam habere omnino non debent. Ex veteri disciplina quicquis in mortis articulo privati quicquam habere compertus est, Ecclesiastica sepultra, tamquam in manifesto peccato mortuus privabatur. Facile quidem Monachi, utsi ab humana societate secreti, & in solitudine consistentes omnem proprietatem vitare poterant. Sed polliquant & illi, & Religiosi cateri passim itinerari cooperunt, iis inter itinerandum nonnullis pecunia, & nonnulla peculia commoda permisit sunt. Qui Beneficiorum capaces sunt, ut Regulares Canonici, qui Parochias obtinent, non potuisse, quin mobilia bona, & pecuniam habent, venderent, emerent, & Secularium more familiam tenerent; sed iis tamen immobilia bona acquirere minime licet. E vita excedentes in eo se Religiosos praferunt, quod legitimos heredes non habent, nec testari possunt: iis succedit Abbas, aliis Superioris & hac quidem regula generalis est quo ad omnes Religiosos Beneficiatos, aliisque, quicunque morientes boni quicquam reliquerint. Successoris forma hac dicunt spoliū, seu cadaveris exuviae; Juris autem vocabulo peculium nuncupatur, quia Religiosi spectantur tamquam filiamilies, quibus nihil proprii nisi ex Superioris expressa licentia fuit; ejusque usus precarius exitus, nempe non sine Superioris approbatione.

Tridentina Synodus Constitutiones veteres renovavit, quibus mobilis vel immobilius boni quicquam teneare seu possidere Religiosi quicque prohibentur. (a) Eos oportet omnia deponere in Superiorum suorum manu, quibus ipsis minime licet illa stabilita bona idem quicunque demum prætextu concedere. Omnia Conventus bona administrantur necesse est ab Officialibus, quos Praetati pro arbitrari abdicare possunt. Mobilia bona, quorum utrum Praetati Religiosis concedunt, debent semper paupertatem redolere, quam si profitentur, si contra se geserint, activa & passiva voce biennii spatio privandi, & pro suarum Constitutionum ratione puniendo.

(RELIGIOSI.

Vide (PAUPERIAS.

(VOTUM.

CASUS.

Religiosi pecuniam habentis Proprietas.

1 Religioso minime licet pecuniam privatum, siveque program habere vel Superioris permisit.

2 Multo minus negotiari potest, praetextu salvandi non nullis artis alieni, quo laboris ejus Communitas, quodque non præstare legimus, nec salvare vult.

QUÆSITUM.

Rogant Sorbona Doctores, ut decidant, I. An Religiosus ex proprii Abbatis confessio possit apud se retinere pecuniam vim, qua sibi superiur ex administratis familia sue pecunias, & ex nonnullis artis alieni exactione, quam Minister eius Decessor neglexerat.

II. An idem Religiosus eam pecuniam conferre possit in negotiationem messium, quas curat emendas, ut rufus apto tempore carius vendat, atque ita ex lucro, quod inde sperat, solvat alienum as, quod ipso officium obtinente, Communitas contraxit, sed quod tamen eadem Communitas, & Officials acta munere fungens, qui nunc temporis Exactor est, contendant habet legitimi debet, nec omnino solvere volunt. Non est omnitudine, hanc agendi rationem scandalo esse Religiosis nonnullis, quibus nihil proprii est præter nonnullis pecunia, quam accipiunt a suis, quanque apud Custodem a Superiori nominatus depontit, ut prouide nemo unus eandem, nisi Superiori ipso permittente, disponat.

Is quidem id omne, atque hujus Religiosi negotiationem permitit, atque adeo declarat, se ministrum oblationum gratia id ei pecunia relinquere, id quod nec Communitas querelas & obmurmurations, nec Secularium hominum scandala reprimit.

Quæritur, in hac facti specie quid & Superioris, & Religiosi Confessarius agere debent?

(a) Concil. Trident. sess. 25.

Consilium Conscientia subscriptum censet, Superiorum Abbatem stare debere Tridentine Synodi Decreto huic Sess. 25. Administratio autem bonorum Monasteriorum, seu Conventuum ad fidem officiarum, ad natum Superiorum amovibilis, pertinet. Et quoniam alienum as, quod hic Religiosus exigit, & cuius gratia conflutur, ad Monasteri bona spectat; percepta proinde pecunia tradenda est ei, qui nunc temporis familiæ bona administrandi ac distribuendi munere fungitur, nec Abbas omnino debet rationem querere, qua super regulæ Concilii statuta cum suo Religioso dispenset.

Præterea summa hac, quam, solutione titulo Religiosus percepti, in negotiationem, de qua in explicatione, conferri nequit, quia ea proprie dicta mercature foret per Ecclesiæ Leges Religiosis prohibita, ut ex titulo, *Ne Clerici, vel Monachi: & ex Capite Secundum*, licet intelligi. Id porro non postulat Monasteriorum fatus gravis necessitas, quoniam Communitas habet, quo Religiosorum suorum congrua sustentationi proficiat, ac si quid eidem deesset, fatus foret ex manu labore, quam ex negotio remedium querit.

Tertio loco Abbas videre debet, an es alienum, de quo dictum est, vera ac proprie debitum nec ne sit; cumque ita esse perfixerit, mandato debet, ut de Monasteri bonis ei satisfiat; atque adeo potest ad id Religiosos fatus obligare, vel eidem satisfacere ipse per se, siquidem penus eum sint Abbas bona, nec eorum inter se, ac Religiosos sit facta divisione; quod si facta fuerit, atque illud alienum as Religiosos singillatim recipiat, non potest ille eam summan disponere, Religioso permittens, ut contra Regulam eandem retinet.

Quarto loco tenetur Abbas in foro conscientia, quantum in Ipsi est, id scandali de medio tollere, quod ex ratione oritur, qua cum eo Religioso se gerit, ipso videlicet ad aliorum normam redacto.

Quinto loco, ita quidem Confessarius super Abbatis ac Religiosi obligatione fatus instructus est. Magna tamen in hoc negotio prudenter, ac moderatione uti debet.

Decisum in Sorbona hac die

ann. 1697.
G. Fromageau.

PRO-

PROXENETA Vulgo SENSAL.

Proxeneta permutata pecunia.

Proxeneta idem est atque interpres, interventor, conciliator permutata pecunia. Hac quatuor vocabula eum significant, qui se interponit in venditionum, pretiorum, emptionum, & matrimoniorum negotiis, qui ultra circoque tractat eas res, quibus confit humana societas. Quem politiores Galli *Courier* nuncupant, Provinciales vocant *Censal* mutuato ab Itali nomine. Proxeneta porro vocabulum omnino gracum est, ducum a verbo *prope*, concilio. Ad hujusmodi officium, quod in civili societate maximus momentum est, non omnes indiscriminat admittuntur in Gallia. Edicto an. 1673. ab eo excluduntur, qui prorogationis litteras obtinuerunt, aut differenda solutionis contractum inierunt, aut decixerunt tit. 2. art. 3. Et in art. 19. Fori nondumarii Lugdunensis dicuntur: „Proxeneta, & conciliatores permutatae pecunia, fori argentarii, mercium ejusdem Urbis nominentur a Propositis Mercatorum, & Scabinis, in quorum manibus de more jurabunt, probantes pricipiorum negotiatorum afferentia, servato juris ordine, se bene moratos esse, & idoneos opera & exercito dicti munieris.“ Mardanus in suo tractatu de *Mercatura lib. 1. cap. 8. n. 62.* animadverxit juxta Urbis Lubicensis Constitutiones oportere, ut Proxeneta apud Magistratus jurecurando se obstringat, & sua fidei cautionem exhibeant.

Principia Proxeneta obligatio est, ut sit fidelis; atque illud conveniat necesse est mendacium in nulla alia aquae atque in hac arte locum habere; qui enim eam exercent, illud secum reputant, se, si ex animo loquerentur, & quicquid compertum habent, ingenio aperirent, longe paciflma negotia ad exitum perdacturos. Quamobrem, nonnullorum Doctorum sententia, Proxeneta semper presumuntur mendaces; atque ob hoc sanci infidelitatis & mendacii praejudicium, quo vulgo laborarunt, crediti sunt in negotiis, quibus se impinguere, telles esse non posse, nisi partes omnes confenserint, ut animadverxit Marescalus in suo tractatu de publica pecunia permutatione. Verum si temporibus alieni iudicatur; siquidem Constitutione an. 1673. tit. 3. art. 2. mandat, ut qui sunt a pecuniarum permutatione, generalem librum teneant, omnia ab ipsis transacta negotia continentem, qui in contestationis casu consuli possit. Eorum quoque testimonium probatur in Statuti Melodunensis art. 89. quod respici non potest, ex eo quia fuerit proxeneta. Quoniam malum praefum non debet, ejusmodi Ministrorum sufficiens probatio est conventionum & mercaturae potissimum quoad pretium, & tempus solutionis praesertim; at cum agitur de mercium liberacione, alia probatio querenda est; proxeneta quippe liber non sufficit verum si proxeneta huic liberacioni praesens fuerit, tamquam tellis deponeatur potest.

Ceterum proxeneta utendi obligatio non adest; suas quisque res agere potest ipse per se iuxta hanc regulam de *Loyol* in suis Institutionibus Consuetudinibus lib. 3. tit. 4. art. 14. proxeneten non adhibet, qui non vult. Est etiam generalis regula proxenetas eventus & successus negotiorum suarum prades non esse; proponunt, animos conciliare student, atque adeo consilium dant; quod quidem prout cognoscunt & sentiunt, prastare debent; neque vero illi imputandus est debitorum defectus, etiam si spoderint eos maxime solvendo esse, quia ex Lege, *Quod si venditis. s. de dolo*, & *Lege scindendum s. de dolo*, & Lege quoque secunda de proxeneti sibi quisque imputare debet, quod credere facilis fuerit. Verum est tamen de suo solo proxeneta teneri; sed difficulter statui potest, in quo proxeneturum dolus constitue posset; vix enim ulla ratione contineri possunt in bona fide, que facile corrumptur proprii lucri aviditate, ac timore, ne quaestus occasio favorable ex eorum manibus elaboratur.

Eodem Edicto an. 1673. prohibentur Proxeneta pecuniam ipsi permittant, idque seu proprio nomine, seu aliorum nominiis interpositis, directe, vel indirecte, in poemam privationis Offici, & librum 1500. titulo correctionis; ac denique eodem Edicto prohibentur ullum commercium inire, permutationi inserientem pecuniam apud se retinere, aut permutationis litteras cautionis titulo subscrivebunt. Ad stipendium quod attinet, debetur proxeneti ob negotia tantum iustitia consentanea, tametsi mercatura exiutum sortita non fuerit. Certum est etiam proxenetam a duabus partibus stipendum petere posse, iuxta consuetudinem locorum, in quibus stipendum definitum est pro mercaturae ratione.

C A S U S .

Proxeneta, cuius opera pecunia mutua datur.

- 1. Quilibet Proxeneta graviter peccat, cum in re iusta suam operam collocet.
- 2. Minime peccat, si in id intumbar, ut aliqui opus habent pecuniam favori datur.
- 3. Ia quod opera collata gratis percipit, retinere potest.

Q U A X S I T U M .

Petrus indigens mille libris mutuus anni Ispatii ad Carolum Proxenetam pergit, eique suam schedulam exhibit libram 1500. solvendam intra annum cuius delatori. Carolus se confit ad Paulum, quem novit confidivisse frenori dare, eique dictam schedulam offert: eam Paulus acceptat, & nulla interjecta mora Carolo numerat libras 1000. quas confidit Carolus ad Petrum deferit. Elapso anno Paulus, delata schedula, libram 1500. summan a Petro recipit. Pecunia mutua datu recuperatur. Paulus, qui 50. libras sibi sumit lucr. titulo ob summam simpliciter commodatam 1000. libram, usura reum esse, que quidem juxta communem Theologorum sententiam post Divum Thomam 2. 2. qu. 7. prohibetur naturali & divino. Iure, & quod inde conquisitum est, iustitia. Ex quo sequitur Paulum teneri lucrum ex pecunia, quam mutuam dedit, perceptum restituere.

II. Carolus proxeneta in prafentis indigt libris 5000. ei- que presto est schedula, & quidem tutissima ejusdem summe libram 5000. intra annum solvenda. In eum finem adiit Petrum Mercatorem, cui sunt 10000. nummi aurei,

quos mutuos dare in animo habet, eumque rogat, ut sibi in praesenti dicta schedula solutionem anticipet. Petrus recipit a Carolo dictam schedulam, eamque ipsi statim solvit, detractis quinis annuis pro centenis ob dictam anticipationem; ita ut elapso anno Petrus recipiat dicta schedula solutionem, & ob eandem anticipationem 250. libras.

Queritur in prima facta specie,
I. An Paulus recipiat usurario modo dictas 50. libras, & ea eas restituere tenetur?

II. An Carolus Proxeneta peccat graviter, curans, ut dictum mutuum perageretur, atque adeo restituere dictas 50. libras censur, quas Paulus recipit, & stipendia, que accepit a Petro & Paulo?

In altera facta specie queritur, an Petrus ultaram committit recipiens has 250. libras ob anticipationem per anni Ispatiū dicta schedula 5000. librarum solutionem, & an eas debeat restituere?

R E S P O N S I O .

Consilium Conscientia subscriptum cenfet,
Quod primum casum, Paulum, qui 50. libras sibi sumit lucr. titulo ob summam simpliciter commodatam 1000. libram, usura reum esse, que quidem juxta communem

Theologorum sententiam post Divum Thomam 2. 2. qu. 7. prohibetur naturali & divino. Iure, & quod inde conquisitum est, iustitia. Ex quo sequitur Paulum teneri lucrum

ex pecunia, quam mutuam dedit, perceptum restituere.

Proxeneta Carolus peccavit graviter, quia in re iusta

suam operam collocavit, quamvis enim Paulus cogitat

P R O X E N E T A .

nori dare, tamen Proxeneta per suam interpositionem applicat, ut ita dicam, hanc Pauli generali dispositione facto & mutuo pecuniali, de quo agitur; utsi est haec Pauli dispositione, ut ab eo mutua daretur Petro summa, de qua quod est, libram 1000. Quoniam ergo Carolus cooperatus est iugulatus Pauli, tenetur, eo non redente, restituere dicto Petro census, quos solvit, summa 1000. librarum.

Sane B. Carolus filius Petri rem egillet, nequaquam pectat, quia cum fieri potuerit ut, Petrus in egitatis contitutus pecuniam quereret, & ad usuram acciperet, cum alter non inventiret, Carolus ponit, ut Petro gratiasceretur, ei pecuniam querere, & inventire; at idem Carolus in Pauli quoque favorem egit. Dicit enim potest inter Carolum & Paulum pactum tacitum esse, ut nemp cum Carolus ad Paulum deducet, qui ad usuram accipere velint, Paulus compensatiois titulo certum stipendum Carolo tribuit. Itaque Carolus egit rem Pauli, suamque operam interposuit, ut Paulus Petro pecuniam seniori daret. Reips stipendi nomine 25. solidos receperit a Paulo: quia de causa dicitur Carolus iugulatus Pauli participes fuisset, & ex consequenti teneri in solidum restituere, tamquam qui iugulatus, quia exitum fortita est, consulti, aut ei cooperatur. Et quanvis hic Proxeneta nullum ex Paulo laetus perciperet, fatis tamen effet cum Pauli negotia, eo sciente, fecisse, & quasvis, quibus Paulus honorari vallet, ut in solidum restituere teneretur.

Quod spectat ad 25. solidos, quos Carolus accepit a Petro, potest eos retinere pro opera, quam impedit, ut ei 1000. libra mutuus darentur. Licer enim dicta summa redditus in-

justus sit, & ex hac parte Carolus nihil meretur; nihilominus gratificatio, quam Petro exhibuit, ei querens dictam sumam, est aliquo pretio estimabilis. At non apparet, qui alios 25. solidos, quos a Paulo accepit, retinere possit. Quamobrem eos debet restituere. Nec juvat dicere ejus officia institutionis, & Cattellanae Paritorum Curia sententia id juris eidem congrue; etenim respondebat jus hoc in ejusmodi causibus locum non habere; adeoque id lucri ob hos praetextus percipi non posse, quoniam iura naturale & divinum repugnant. Prouentus hi Proxeneturum officia assignata per institutionem & per sententias in aliis occidentibus percipiuntur.

Quoad casum alterum, Petrus usuram committit; hec enim anticipata summa libram 5000. que nonnulli post annum solvens est, ob lucrum 250. librarum, reducitur ad mutuum summa 5000. librarum, quod Petrus Carolus dat ob lucrum 250. librarum, quod idem Carolus pendit post annum cum dicta summa principali 5000. librarum, que usurpa pertinet est. Ex Expofitione non apparet ullum titulum Petro suppetere, cuius 250. libras recipiat.

Decimus in Sorbona hac die 7. Februarii ann. 1696.

G. Fronageau. M. Charden.
G. Beurret. A. Salmon.
F. Du Charnet. Anguelil.
P. Pinsonat. Boucher.
Pl. de la Cote.

Vide *U S U R A .*

Q U A D R A G E S I M A .

Quadragesima vocabulo designantur quadragesinta sex dies precedentes Paschatis Festum, quorum dierum spacio Fidelibus Ecclesia jejuniū præcipit, & quencumque carnis esum sine legitima causa & dispensatione interdicunt. Quadragesima nomen vel inde derivatum est, quod Jesus Christus ipse diebus quadragesinta jejuniavit, vel inde quod diebus quadragesinta complexis in nonnullis Ecclesiis jejunabatur. Verum quoad dierum jejuniī definitum numerum in tribus prioribus facultus per graves difficultates occurunt; & licet per Quadragesima de Quadragesima sermo sit in Concilii Niceniano, & Laodicensi, Sanctisque Epiphanius & Basilius ejusdem per idem nomen mentionem faciant, tamquam rei, quae in universa Ecclesia obtineret, & Gregorius Nyssenus duorum mensium fuisse pronunciavit; hac tamen in re multum contigit varietatis. Testatur Cassianus eum numerum triginta sex dierum fuisse tam in Orientis, quam in Occidentis Ecclesia, quoniam hic numerus decimal fere rotius anna parte complectitur, cum hoc tamen discriminare, quod in Orientis Ecclesia, in qua nec die Sabbati, exceptio Sabbato Sancto, nec vero diebus Dominicis jejunabatur, Quadragesima confabat hebdomadi septem; cum contra in Occidental Ecclesia, in qua die Sabbati jejuniū servabatur, nonnulli sex hebdomadas complecteretur. Sed quoniam hic numerus ad quadragesinta accedebat, & ad Jesu Christi jejuniū tamquam ad exemplar referrebatur, quod quidem dierum quadragesinta completorum exiterat, additi deinde sunt dies quatuor, qui, jejuniū caput inceptuante, in capite jejuniū; atque hanc additione Caroli Magni temporibus nondum facta contigit regnante Carolo Calvo, quoniam Ratramus Religiosus Corbejenensis, qui pro Ecclesia contra Graecos scribat, ejus mentionem facit.

Quadragesimalē jejuniū initio nec obligationi obnoxium fuit, nec illa lege præscriptum; sculo tertio jam procedente Quadragesimalē jejuniū confuetudo tamquam obligatio spectari coepit, quamquam ejus duratio satis determinata non statim fuit. Qui nec die Dominicis, nec Sabbato, nec feria quinta jejuniabit, novem hebdomadas ante Pascha suam Quadragesimam inchoabant, id quod triginta sex dierum tantummodo complectebatur; unde est Dominica Septuaginta, a qua Ecclesia incipiit sua penitentia signa deducere. Neque in Occidente defuerit Ecclesia, qua dierum quatuor additionem post feriam quartam Cinerum nequaquam probaret; atque etiamnunc Mediolani Quadragesima non inchoatur nisi Quadragesima die Dominicā, qua abstinentia dies est. Hujus jejuniū tempore nonnulli ad vesperas, videlicet labente sole comedebantur; & prandium quidem adeo jejuno contrarium judicabant, ut prandere, non jejunare unum, idemque censerentur. Disciplina hæc in Ecclesia Latina etiam post D. Bernardi tempora obtinuit, quandoquidem hic Pater de Quadragesimalē jejuniū verba faciens Religiosos suos monet, eos ad Quadragesimam usque ipsos solos ad Nonam jejunasse, quoniam jejuniū, quæ servabant, ad Regulam pertinebant, at impotenter ad vesperas jejuno vacuatos cum tota Ecclesia, cum Regibus, Principibus, Clero, Populo, Nobilibus, & ignobilibus, pauperibus & deditibus. Ab eo tempore remisso, ad hanc rem quod attinet, petitentur irrestiti; & jam cooperantur in Ecclesia seculo Decimo, quod ita quidem factum est, ut minime sentirentur. Ad extremum inducta est refectiuncula, quam D. Carolus permitit indigentibus ad panis unciam tantum, & vieni cyathum.

Ad ea quod attinet, a quibus abstinentum erat jejuniū tempore, in Occidentis Ecclesia a carnis, ovis, lacticiniis, atque adeo vino abstinebatur. Minime vetiti pisces erant, tametsi Christi deum non paucis leguminibus tantum & fructibus vescerentur. Quod voluntati nonnulli reputantes ex aquis aves creatas esse non fecerunt pisces, atque eadem die produxerunt, eam esse posse contendebant alimoniam quadragesimalē tempore permisam; sed hæc fabrilior disputatio proscripta fuit. In Orientis Ecclesia Quadragesimalē jejuniū semper admidum accurate servatum est, & plerique eo quidem tempore pane tantum & aqua cum leguminibus utebantur; verum peculiaris hæc praxis apud antiquos Ponti & Cappadocia Monachos obtinuerat, ut carnis sale condite frustum cum suis leguminibus ipso Quadragesimalē tempore coquendum curarent. Eustathii, aut portius Eustachii error hujus confuetudinis institutioni occasionem præbuerit. Ancyranæ Synodus, quæ hujus Monachii impia dogmata diris devoxit, pax tamen eis Presbyteros & Diaconos suis leguminibus cum modica carne coctis vesci; & S. Basilius hanc proxim in suis Constitutionibus confirmavit.

Procedentibus temporibus paulatim immunita est jejuniorum severitas & ante annum 300. vini, ovo-
rum, & laeticiniorum usi valde remissia est, quæ quidem non solum agrotantibus permittebantur, sed iis
quoque, quibus nihil aliud præsto erat, quo ad se in suis laboribus sustentandos velcerentur; jejuniū effen-
tia confare censebatur, si a carnis abstineretur, & labente sole post Vesperas refectio sumeretur; ovo-
rum & laeticiniorum abstinentia in Italia servabatur; at in Gallia & Germania postremis tantum Hebdo-
madae Sancta diebus ea in usu erat; tum in Romana Curia impetrata sunt quod laeticinia dispensationes,
quæ ad tempus tantum concedebarunt, & deinde in commune jus aiberunt. Atque hac indulgentia apud
Graecos etiam obtinuit, Religiosi excepti, qui veterum jejuniorum severitatem culti diuinit. Refectio aliud
fuit remissionis genus; scilicet tertio decimo aliquid obsonii sumi coeptum est ad stomachum confirmandum;
tum vespertina refectio ceperit in ufo esse; ductum est id nominis a Religiosis, qui post coenam
coibant ad collationem, scilicet ad lecturam collationum Sanctorum Patrum, ut eas latini appellant, quo
facto ipsi permettebatur jejuniū tempore aquæ, aut modicae vini potio, id quod etiam collatio nuncupatur.
Verum extra hujusmodi tempus prandii & refectio nihil omnino, & ne aqua quidem sumebatur. Hujus
rei nobis argumentum præsto est apud Rufinum, qui memoria prodit Abbatem Sylvanum, cum ad Mo-
nastry una cum suo Discipulo Zacharia invidens profectus est, cumque hic Discipulus aquam,
quam bibere volebat, compresisteret, quomodo id faceret, impediisse, ob eam caufam, quod jejuniū diesef-
set. Cum etiam nescio quis Sancto Fructuoso Tarraconensi Episcopo, dum ad martyrium diceretur, po-
tum obtulisset, tum ipse respuit, ut ait Prudentius, quia jejuniū tempus erat. Illud igitur conveniat ne-
cessitatem est eius aque ac potu abstinenter vero jejuniū contineri.

Spectavit Ecclesia tamquam Arii herefim afferre cuique liberum esse jejunare, aut non jejunare. Ca-
nones Apostolici Clericos depositione, & Laicos penitentia subiiciunt, nisi Quadragesimali tempore, &
torius anni ferias quarta & sexta jejunaverint. Concilium Gangrense jejuniū violatoribus anathema dicit; Sanctus Ambrosius pronunciatur, Quadragesimali tempore non jejunare peccatum esse, & nullo Quadragesi-
malie die jejuniū esse Sacilegium. Toletana Synodus ann. 653. celebrata Paschali communione privat, &
annī spatio ab eis carnium arcer eos, qui Quadragesimali tempore absque necessitate iis usi essent. Verum
Pates identidem declarantur, jejuniū nihil prodesse, nisi cupiditates compescerentur, & ad proprium
officium, & orationem diligentius incumberetur. Quia porro nemo unus est, qui, nisi omnino non
posit, se a penitentia eximere debeat, certum prouide est eos omnes, qui jejuniū servare valent, ad
id obligari.

C A S U S

Quadragesima, cuius tempore justum prandium
quotidie instituitur.

1. Qui Quadragesimali tempore tampliade prandium pars,
quoniam diuini capite liceat, jejuniū ab Ecclesia præcri-
pum non violat, sed hac una conesse, & conserua qui-
dam hora concensu sit.
2. Ad peccatum contra temperantiam, & contra penitentia rati-
onem, qui precepit finis est.

Q U A E S I T U M .

Quidam dives Quadragesimali tempore quotidie laute
prandet; ei exhibet facula jucula, excellentes plu-
rium generum pices, exquisitum vinum, & fab prandii fi-
nem omnia fructuum, & dulcium genera. Licit illi cibis
hincum modo utatur, tantumdem tamen eadem die come-
dere non posset sine valetudinis detrimento; adeo ejusmodi
prandio exstiratus est; vix par est vespertina refectio.
Quiescit, at hic homo in hunc modum vivens jejuniū pre-
cepto satisfacit. Quislibet gravis est, & magnum hominum
numerum resipicit. Itaque decisio Dominicorum Sorbonæ Do-
ctorum dubio præcul multum utilitatem afferit iis, quibus reli-
gio cordi est, quique sunt de sua ipsorum salute solliciti.

R E S P O N S I O .

Consilium Conscientia subscriptum existimat, eum, de quo
in Expositione dictum est, quantumvis laute Quadragesimali
tempore ac magnifice prandet, præcise contra Ecclesiæ je-
juniū jubentis præceptum nequaquam peccare: ut enim fer-
vitur præceptum hoc, faxis est a cibis vetitis abstinere, &
semen tantum in die comedere. Si in quantitate, aut qual-
itate, aut comparatione ciborum, quibus hujus locupletis ho-
minis mensa intruitur, excessus adit, potest quidem peccatum
hoc temperantiae repugnare, sed contra jejuniū præceptum om-
nino non est; illud enim impleret, si stricte loquerimur: in cen-
sura quoniamate prandii, inquit Toletus lib. 6. c. n. 6. non
est circa servanda ratione jejuniū, sed quoniam aliquis
multum excedat, non ob id servat jejuniū, p.e. tamen con-
tra fabriacatem. Verum quidem est hunc hominem, quibus
diebus jejunandum est, immodece comedentem contra plures
virtutes peccare, atque hanc intemperantiam in causa esse,
cur meriti iacturam faciat, & nihil utilitatis ad salutem ex
jejuniū percipiat. Ita in hanc rem loquitur magni nominis

Toletus in c. 6. Mathe. q. 166. Ecclesia autem nihil aliud de
jejunio statuit, quam us semel in die, de certa hora, & a qui-
busdam cibis abstineretur. Quandocumque ergo quis semel tantum
hora præsumpsit comedere, & cibis vetitis abstineretur, quicquid
aliud comedat, vel cibis, sive moderate, sive delebitabiliter, si-
ue alteris, non frangit jejuniū Ecclesiasticum. Attamen pene
inde perire meritorum jejuniū in toto vel in parte, secundum
conditionem excessus minuscens labore jejuniū, ex que pendas
meritorum. Jejunium ex. c. ad reprimendas cupiditates insi-
stuntum est; hic autem homo tam lauti epulis eorum origi-
nem alti; fastuus venustus, feminianus est libidinis, inquit
D. Hieronymus l. 2. contra Jovinian. ca. 6. Jejunium pra-
terea, ut ob propriis peccata Deo satifiat; at hic ne dum
delectat, eadem multiplicat tam magnificis prandius jejuniū tem-
pore. Potest ille absque culpa cibis natura facere, prout
ratio equitatisque requiriunt. Sed cum præcipue comedat ad
voluptatem, atque ut libidinem expletat, regulam violat,
quam tradidit D. Augustinus, quemque apud D. Thomam occi-
currit p. 2. q. 141. art. 6. Habet vir temperans in rebus hu-
moris regalam urequam seruamento firmatam; ut eorum nihil
diligat, nihil per se appetendum patet, sed ad vitæ bujus aequo
officiorum necessarium, quantum statit est, usque uterum mode-
sta, non amantis affectu.

Illud igitur convenit, hunc hominem jejuniū diebus fere
tam magnifica prandia parantem, & tam laute prandentem,
ut vespertina refectio non amplius egeat, nec eidem par-
fit, graviter peccare contra temperantiam, contra penitentia
virtutem, contra castitatem ipsam, & contra charitatem
aqua ac contra intentionem Ecclesiæ, & contra finem, pro-
pter quem illa jejuniū instituit. Sed nihilominus re quidem
ipsa hic homo laute prandens contra jejuniū legem non pec-
cat, licet ejus merita amittat. Finis enim legis sub præ-
ceptu non cadit. Præceptum eo continetur, quod ad finis
confessionem est necessarium; id unum commendatur, &
obligacionem inducit. Non est necesse, ut expendatur Le-
gislatori intentio: licet lex dirigat in finem, non est de fine,
sed de eo, quod est ad finem, inquit Toletus loco citato, ita
intento Ecclesiæ est bonum per jejunium affigere. Et ad hoc
determinavit modum, qui est abstinere a cibis, &
semen tantum comedere. Licet ergo quis non affigat seipsum, dum
semen tantum comedat, & abstinere a cibis vetisis, non frangit
jejuniū, licet agra contra intentionem legislatoris, quia non agit
contra intentionem legis expressam. Videri possunt Baffus, &
Auctores, quos ipsi produxit V. jejunium c. 1. n. 6.

Decimus hac die 11. Martii an. 1699.

o. Fromageau.

QUIETISMUS.

Quietismus continetur erroribus Discipulorum cuiusdam Hispani Presbyteri, cui nomen Michael Molinius, qui in Dieceesi Cæsaraugustana an. 1627. natus est. Cum ille deinde Roma domicilium po-
suerit, insignis Directoris opinionem ibidem adeptus est, & Librum vulgavit inscriptum: *Spirituale Modu-
laria*, quem Hispanico idioma componuerat. Rumorem sparsit Opus hoc, & tristia negotia attulit Au-
tori suo, qui accusatus, quod super re mystica periculosas opiniones in eo propoſuerit, adeoque comprehensus, in Romanæ Inquisitionis carcere an. 1685. mense Julio conactus est. Ejus processus in gene-
rali Congregatione coram Pontifice, & Cardinalibus Inquisitoribus habita institutus fuit. Damnata sunt os.
Propositiones, quas proposuerat, & decreto die 28. Augus. edito declaratum fuit, Michaelum Molinos
falsi & pernicioſa dogmata docuisse, ejus Orationem *Quietis* esse contra Ecclesiæ Doctrinam, & Christianæ
pietatis puritatem, ac 68. Propositiones, quas se vulgate fassus est, hereticas esse, scandalosas, & blasphematorias. Ejus omnes Libros & scripta proscripti Innocentius XI. (4) & Inquisitoribus, Ordinariisque
mandavit, ut, quæcumque detegere potuerit, flammis tradenda juberent.

Molinos iustus fuit errorum suorum abjunctionem publicam edere ex edito loco in Dominicanorum
Ecclesia, in quam Sacrum Collegium convenerat, tum ad strictum perpetuumque carcere damnatus est,
eoque a Julianis Ministris dictis, cum indicatus fuisset Scapulari flavo, cum rubri coloris cruce ante ac re-
tro qui penitentia habitus nuncupatur. Fama est, eum ex animo penituisse; quod fortasse in causa fuit,
ut ne morti adiceretur, quo scilicet ii, quos seduxerat, de ejus conversione cognoscentes ad bonam fru-
gem redirent. Etatis anno 60. captus est, cum per annos 22. Doctrinam suam Romæ sparsisset, ubi ma-
gnani sibi famam vel apud Cardinales ac Pontifices comparaverat. Supremum diem obiit in carcere die 29.
Decembri ann. 1696. Ejus Discipuli dicti fuerit Quietista, quia perinde atque eorum magister docebant ad
summi perfectionis apicum pertinere Quietis Orationem, quia simplici contemplatione absque ulla re-
flexione continetur. Accusant nonnulli Quietista, quod longius progressantur, ac doceant, depravatio-
nibus citra peccatum se quæcumque dedere posse, dummodo superior pars Deo per hanc Quietis Orationem
unita permaneat. Certum saltem est eorum mysticitudinem ad aberrations dicere, que merito damnata
fuerunt.

Errores hi statim per Gallianum grassati sunt. Vidua Montargis orta nobili genere, Matrona Guyon nunci-
pata eos excitavit in nonnullis operibus, quæ concinnavit, & singillatim in duabus hisce, quorum titulus:
brevis modus Orandi, & *Explicatio Cantorum*, illo quidem Gratianopoli, hoc autem Luggduni typis edito.
Hac opera, & querela, quibus impedita fuit huius Matronæ doctrina, in causa fuerunt, ut in Sanctimo-
nialium Visitationis Monasterio Parisiis ad S. Antonium mense Januario ann. 1688, concluderetur;
ejusque Director P. de la combe Religiosus Barnabita ejusdem calamitatis particeps fuit. Matrona Guyon
se purgavit; ex eoque Conventu egredita, necessitudinem init cum Abbatे de Fenelon, qui, cum Camer-
acensis Archiepiscopus nominatus fuisset, adhuc eis partibus, cum accusata est, quod factorum mysti-
corum erroribus abiperitur, cum etiam comprehensa fuit, & in Castellum de Vincennes an. 1695, ad fi-
nem vergente conjecta.

Nova procellas excitat Liber inscriptus: *Sententia Sanctorum*, a Laudato Archiepiscopo elucubratus;
ex eoque Bouffet Meldensis Episcopus admodum abinas conticutiones deduxit, plurimæ super hoc nego-
tio scripti libros, quos replica fecuta est, cui quidem posterior hic Prelatus respondit. Regis animo
tamquam crimen exhibuit veretur constanter, quia Archiepiscopus Cameracensis renuit suum Librum
explodore, quod ad eo Summus Pontifex judicasset. Proposita est hæc agendi ratio tamquam hominis se
subdere omnino nolentis pertinacia; quod cum Regi persuasum esset, tum ille impulit, ut eundem exilio
multatum, ex propria Dioceseli repellere an 1697.

Interea negotium hoc ad Romanam Sedem eodam anno delatum fuit. Liber, cui titulus: *Sententia San-
ctorum*, commissarius est Sancti Officii Consultoribus, qui numero decem erant, siveque Congregationes per
octo fere menses habuerunt. Sed iis diversa sententibus, res ad Pontificem deducta est; & post octodécim
mensium examen, iudicium ranta animorum cupiditate expectatum apparuit, & Innocentius XII. (b) edito
Brevi, Librum, & ex eo excerpta viginti tres Propositiones damnavit. Cameracensis Antitites nulla inter-
jecta mora se subdidit, & Mandatum vulgavit, sui erga Ecclesiæ obsequi, ac maximis, quo pacem pro-
queretur, studi atque monumenti futuri; ut proinde si Meldensis Episcopo gloria fuit, quod vitor
evaferat, sicut etiam quod gauderet plium ac doctum adversarium suum humiliare auctoritate Sanctæ Se-
dis decisionibus, submissum, aique animi moderatione eo magis admiratione digna, quo pauciora ejus
exempla occurserunt. Innocentii Bulla edita est die 12. Martii an. 1699. & die 4. Augus. ejusdem anni pro-
diit Declaratio Regis, imperante executionem Constitutionis Pontificis in formam Brevis, enuntiantis con-
demnationem libri, cui titulus: *Sententia Sanctorum*.

Eodem anno, quo Cameracensis Antitites negotium ad Romanam Sedem delatum est, lucem aspergit
opus inscriptum: *Communi spiritualis*, in fano S. Maclovii typis impressum apud Roule de la Mare an. 1697.
Cum porro Liber hic contineret Propositiones non paucas, quæ Quietismus redolebant, novem proinde
seu decem ex eo excerpta fuerunt, de quibus Sorbonæ Doctores, ut sententiam suam aperirent, consulti
sunt; id quod argumentum est in sequentis casus, qui consultationis in modum est, cui quidem Doctores ipsi
responderunt.

C A S U S

Super Quietismi negotio.

E Xcerptum nonnullarum propositionum ex Libro, cui ti-
tulus: *Communi spiritualis*, de quibus expoſitor Sor-
bonicorum Doctorum sententia.

Prima proprieſt. Consideratio, seu simplex reminiscen-
tia mortis Christi Domini iōns est & origo luminis, sancte

sacerdotis, Deo nos per cognitionem & amorem unientis.
pag. 20.

Secunda proprieſt. Quoad Orationem tu quidem pro viri-
bus, ac pro ea libertate, quam tibi Deus tribuerit, cura-
ut in eo te semper detincas, te Deo sistens per D. N. J. C.
Ille ministrum ad divinitatem est janua. Si tamen id facere
nequeas, ne animo angaris, atque adeo non nitaris quidem
id agere, nec te in Oratione otiosum putes, quoniam in ea
nihil agas, nisi te ipa dormias si te quiete, tandem otio
verba.

(a) Bulla Innocentii XI. quæ Molinianas Propositiones damnat, edita est XII. Kal. Decembri an. 1687. ejus Pontificatus an. 16-

(b) Bulla hæc Innocentii XII. dicit 12. Martii an. 1699. incipit his verbis: Cum alias.

Uianae Propositioni 32. (a) quæ negat interiores animas fenant, seu post Communione illa alia preparatione vel gratiarum actione indigere, quam ut de more in passiva resignationem vesceretur, hoc est, ut sit Auctor noster, in naturali silentio & quiete detineantur. Vult tamen D. Paulus unumquemque se ipsum probare. 1. Cor. 11. *Perhec autem se ipsum homo.* Quod accommodandum est non sum examini, quod Confessionem procedere debet, cum dispositiōibus ad Sacra-
fandam Communionem conferendis, sive ut obsequium suum Fidelis erga hoc adorabile Sacrementum referre, ecce se

dignum exhibeat, sive ut ad omnia sita peccata confienda se comparere, eorumque proinde remedium a Confessore percipiat.

Ex omnibus hactenus dictis sequitur, Librum, qui doctrinam continet, quæ in aliis Propotionib⁹ exhibetur, demandandum esse ac prateret vetandum, ne Confessari in Fidelium moderatione eo utatur, vel Fideles in propriis iustitiae morib⁹ eidem adhærent.

Decimus in Sorbona hac die 22. Aprilis an. 1693.

G. Fromageau.

R A P T U S.

Raptus est ab uno in alium locum vi facta asportatio non sine intentione matrimonii cum raptis faciat, non esse necesse, ut persona raptis cogatur, & compellatur; sed satis est eam contra patris voluntatem quamvis ipsa in raptum suum confenserit, asportari. Interdum, inquit hic sanctus Doctor, patris infirmitas, non autem puer⁹, ut cum illa se e paterna domo vi educi asserit; verum quamcumque denum ratione vis intervenerit, semper vero nominis raptus est poena dignus, Legibusque scriptus.

Aceritas sunt Civiles Leges adversus raptos, eosque, qui ad ejusmodi asportationes operam suam conculcent; mortis pena pronuntiantur æque in utroque. Decidit tamen Innocentius III. in Decretalibus cap. 7. tit. de Raptis, matrimonium inter raptum contractum firmum ac legitimum esse, cum appareat animos mutatos esse, & reciprocum esse consensum, nullaque coactionis, ac vis suspicio-
nem adest. Gonzales non paucas decisiones in medium prorulit, quæ in Gallia vim obtinent, ubi Superioris Curia facile a poena raptos eximunt, cum raptus sibi conjugem raptorem petat.

Quondam usitator quam hoc tempore raptus fuit, praestiterit prioribus orbis conditi sculpsis, quibus animi, non aliam regulam quam proprias cupiditates sequentes Legum autoritate notandum satis in officio continebantur.

Et sane raptus bene multis Quincilianis declamationibus, nec paucis Seneca controversis argumentum supeditavit. Et Herodotus historiam suam oris est a compluribus asportationibus, & quibus inter Gracos, aliquo populus, quibus ad suas novas institutiones propagandas fecerint, non satis erat, acerba bella extinerunt. Et Romulus usus est hac ratione, quæ eidem ex voto celsit.

Duorum generum raptus est, coactus unus, voluntarius alter; et enim tritum illud, *raptus fit in voluntate.* Posterior porro hic raptus seductionis, seu subornationis nuncupatur; & quamvis minus quam prior in criminis esse, & indulgentiam aliquam mereri videatur, nisi evidens seductio fuerit, Leges tamen ab eo quoque acriter puniendo non desisterunt, ut ex responsione ad sequentem facti speciem comperimus fieri.

C A S U S

Raptus seductionis a femina quoad adolescentem commissus.

³ *Raptus fori posset in adolescenti, perinde argue in famina, vel pueri.*
² *Seductionis, seu subornationis raptus ex parte feminæ matrimonium nullum reddit.*

Q U A E S I T U M.

Cum Titius adolescens, septemdecim annos natus huc illac conculareret, & apud Chirurgi viduum, ut famulus in quotidianis Britannis angulo, centum leuis ab ipsius patris difficultate verlaretur; Cauponis vidua post meritos tres eam apud se traxit, ac perfusione reddidit, eam apud se plus emolumentum, quam ex officina, in qua degebat, perceptum, totumque lacrima eidem fore.

Mavia, (h) hoc tabernaria vidua nomen est) nata erat annos quadraginta quinque, eique erant quinque filii; cum Titii amore capta esset, ei se uxorem obiit; cumque ille difficultates non paucas adduceret, ipsa follicitationes duplices, ejus tandem consensum extortus. Sed eos Parochus ob adolescentis minoritatem, & parvum inequalitatem renuit in matrimonium conjugere. Mavia in dies magis amors flagrans, novis utræ follicitationibus ac blanditis, ipsam addens fore, ut et secum bene sit, tametsi ea nil haberet in bonis, ut deinde ejus bonis Creditorum nomine venditis constituit.

Officialis loci, cum ex Titii ac Mavie commercio rumor non sine scandalo sparsus esset, eos ad se accitos voluit, cumque ambos in matrimonii consensum traxisset mandavit loci Parochus, ut eos post publicationem primaria, cum ipte in secunda ac tertia dispensasset, in matrimonium conjugaret. Sane matrimonium femei indixit Parochus, quod tamen celebrare noluit, tum quod adolescentis aetas ascerbit esset, tum quod ipse minor foret, nullumque suorum consenseret, Mavia, abuento Parochi, Titium duxit ad alium Presbyterium, qui eos copulavit, editaque declarationem, Pa-

rochi consensum supposuit, ac refutes adhuc significavit, quamvis nulla sit codicis, qui subscriperit, refuta apparet.

Titus ac Mavia decem seu duodecim annorum spacio una versati sunt, quoniam adolescentis Patris seductionem sicut significaret. Denique necessitate compulsa in patriam reddit apud patrem, ad quem dicit & Maviam. Pater expensis rebus omnibus, certiorque factus nullum instrimonii contractum ad eum, Titum ac Maviam pauci post, quam parvissent, ejecit domo. In hac explicatione queritur ex Sorbono Doctioribus, an non credi possit matrimonium hoc nullum esse, ob defectum proprii Parochi, quod sine taliis celebratum fuerit, & predictum quod, ut videtur, in has facti specie subornationis & seductionis raptus existat?

R E S P O N S I O.

Confilium Conscientie subscriptum, quod propositum factum spe-
cimen vidit, exstinxit, matrimonium de quo agitur, nullum esse.

I. Si Presbytero, qui matrimonium celebravit, praefito non fuit consensus Parochi alterius contrahentium.

II. Si matrimonio celebrationi nullitentes adfuerint. Confili super hoc re potest Tridentina Synodus 8. 2. de Reform.

III. Nullum quoque ex matrimonio, quia ex parte femina seductionis & subornationis raptum apparet extorris. Sed antequam deveniant ad probationem, quæ ex circumstantiis in explicatione declaratis ducenta el., dijudicanda est Juris quæsio, quæ difficultates aliquam pati potest, videlicet an subornationis, aut seductionis raptus sit matrimonii dicimenti impedimentum?

Ergo non *famam in feminam, sed in viris etiam raptus proprie-
tatem committitur*, inquit Barbola & Sanchez. Nutriti sententia haec Decretali in *Archibispiscopatus de rapti.* Neque vero semper necessaria est, absolutionem & apertam vim adhiberi, ut patris, consanguineorum seu tutoris domo adolescentis seu pueri extoriantur. Satis est persuasionibus aut follicitationibus uteribus & fraudulentis personam ad dolum, in qua est, deterrandam, atque ita in patens possessionem se tradere, ut vere ac proprie raptis esse confessari.

Imperiales Leges, quæ raptores tam gravibus peinis mol-
tarunt, non de violentia tamponi, sed etiam de persuasione rapti accipiuntur, ut ex his Imperatoris Justiniani verbis in Codice licet intelligi: (b) *Quia hos ipsam velite multorem ab*

^{inf.} *Proposito Molinos, nec ante nec post Communione alia requiriunt preparatio, aut gratiarum actio pro illis animabus inter-
nis, quam permanentia in sola resignatione passiva, quia modo perfectiore sufficit omnes actus virtutum, qui fieri possunt, & sunt
in via ordinaria &c.*

(b) Cod. 1. 9. tit. 13. de rapt. virg.

R A P T U S.

Instans nequit enim hominis qui meditatione rapinam inducit, nisi extenuat ea sollicitas, nisi oditis avibus circumvenit, non facit eum velle in tamum deinceps se prodere parentibus nescientibus.

Capitularia matrimonium nullum declarant, cum seu vi, seu seductions, seu quavis alia ratione feminæ raptæ esset: (a) *Placuit, ut hi, qui rapiunt feminas, vel surarunt, aut seducunt, eas nullatenus habentes uxores, quamvis ex pessimum doceverint, nupciantur cum consensu parentum.* Ius Canonicum Constitu-
tio huic Decreti vim addidit 36. q. 2. Cap. Placuit.

Ludovicus XIII. in sua Constitutione mensis Januarii an.

1629 art. 169. quæ a Nerone, (b) & in Constitutione Col-
lationibus in medium adducitur declarat, matrimonia eorum,
qui viduarum, adolescentium, & puerularum in partum, mat-
trum, turcum, & consanguineorum potestate exilientium raptum & asportationis committerunt, etc. ex Decrees & Constitutionibus Canonicis, nulla, nullius effectus, & roboris, tamquam non valide ac legitime contracta; Filios, qui ex ejusmodi matrimonio suscipiuntur, spurious fore, illegitimes, & indigos omni successione directa, & collateraliter, etc. Ex Edicto Blesensi art. 42. (c) & Regis Declarationis mensis No-
vembrii an. 1639. art. 2. qui seductione, vel subornatione
viduæ adolescentes, & pueras rapuerint, morte puniantur.

Gregorius Tolosanus ostendit seductionis raptum existere, veterisque Legislatores auctoritatē affect, qui magis panis et, qui verbi pellentes malorum, quæ qui vi, si se plu-
tarcho in sole: fortasse quia posterior his raptus solini corporis affect, cum contra seductionis raptus & corporis simul officia, & animo, quem in raptis criminis partem trahit.

Cum Australium plerique raptum explicant, qui communis sententia, impedimentum direximus el., tantum hoc vocabulo seductionis etiam raptum vident, qui nempe fit follicitationibus argutibus, & preoccupationibus importunitas, ut quas raptor pueris verbis caute coelentrum extorquet, ut felicitate & loco, in quo degit, exeat, & in alium se conferat, in ordine ad matrimonium contrahendum. Postulant sane Autores hi, seu supponunt in hujusmodi importunitate, ac dolosis precibus vim adesse: quia de re Sanchez, (d) Navarrus, & Bonacina consuli pollunt. Porro follicitationibus hisce, ac precibus urgentebus vis semper aliqua continetur; Pyrrhus Corradus id ex-
plicit, dum ita loquitur: *Pueris dicitur raptus, etiam vole-
n-
do invito sui parentes, vel iuxta cum raptus fini vole-
n-
do se non possit.* Deinde addit: *Quod quidam extundit
ad eum, qui per manu darat, vel promissa persuader multier,
ut domo exeat, & ad eum veniat; hoc enim dicitur violentiam
infor.*

Jam ex his principiis ostendi potest, in proposita facti specie seductionis non sine violentia raptum existere. Sanchez,
In hujusmodi vehementibus follicitationibus ac persuasio-
nibus alteri potest nunquam non vim adesse: *Blandi vix lat-
ter imperio dum regas, inquit vetus Autror, vel ut in Jure dicitur;
vix etiam habent persuasio verba..... Persuaderi suen-
tis plus quam compelli & cogi. Quamobrem cum D. Bernardo
in libro de Consideratione ad Eugenium Pontificem ita con-
cludi potest: *Licetis per importunitatem ostensa non est lice-
ria, sed violencia.**

Ex haclo dicit sequitur, etiamsi Presbyter, qui partes in matrimonium conjunxit, proprii Parochi consentium ob-
tulisset, eique matrimonio telles adiuvasset, & in Acta nomen suum retulisset, semper tamen fore, quamobrem idem ma-
trimonium nullum esse confessatur, quia in vidua tabernaria, de qua queritur, seductionis raptus locum habuit.

Decimus in Sorbona hac die 25. Novembris
an. 1695.

G. Fromageau.

RESERVATIO PECCATORUM.

Non longior in hoc negotio disputatio instituetur, cum de eo satis jam in casuum reservatorum titulo dictum fuerit: satis ergo erit in universum pronuntiari, reservationem locum habere, non solum cum de peccatis agitur, verum etiam cum de confusis, dispensationibus, votorum commutationibus, pro-
curationibus ad Beneficiorum provisionem, delegatione, aliquisque ejusmodi sermo est. Hac autem reservatione, quæcumque tandem fuerit, nihil est aliud, quam ordinaria vel delegata potestatis limitatio. Cum ordinaria potestas est, in iis tantum calibus ea locum habet, in quibus expressa est; quod si delegata potestas fit, reservata sensit res, quæ quidem discreti verbis concessæ non sunt; Regula hæc eo mititur fundamento, quod Ordinarius ea omnia potest, quæ eidem non sunt prohibita; & Delegatus ea tan-
tum facere potest, quæ ipse permitta sunt. Si potestas sit ordinaria, odiosa est reservatio, & quod inde consequitur, restraining; at si delegata potestas sit, reservatio est favorabilis, ac proinde extenda. Ultraque provenit vel a Jure, vel ab Homine, & quoniam amba firmantur in Sacris Litteris; in interno perinde de atque in exterior foro, æque coram Deo & coram hominibus obligant.

Sed ut de peccatorum tantum reservatione dicatur, ea quidem ex Tridentina Synodo (f) nihil est aliud, quam limitatio potestatis absolvendi; jam vero peccata hæc vel in se ipsis, vel in rebus aliis reservari posse, reservantur in se ipsis, cum certa quadam peccata nominatione sunt reservata; reservantur in rebus aliis, cum ideo sunt reservata, quia cum rebus aliis, quæ reservata sunt, conjuncta reperiuntur. Cum peccata primo modo sunt reservata, explicite & distincte reservata dicuntur; implicitè autem vel confusa, cum alio modo reservata sunt. Occurrunt in Juris corpore nonnulla peccatorum in se ipsis reservato-
rum exempla ante initium facili quarti decimi; & Extravagans 1. de Privilegiis. quæ Benedicti XI. est an. 1303, omnium primus est Juris textus, in quo quidem peccatorum in se ipsis reservatorum mentione fiat; sed in eodem Jure alterius peccatorum reservations exempla bene multa eademque antiquissima repe-
rintur.

Peccata reservandi facultas pertinet ad potestatem jurisdictio-
nis, proflus ut absolvendi facultas, quam reservatio restringit. Ducta est doctrina hæc ex Tridentina Synodo loco laudato; ut proinde quicunque absolvendi potestatem conferre possint, possit etiam reservare peccata. Verum inter eos, qui ejusmodi reservations statuere possint, Concilium Pontificis tantum & Episcopos nominat, qui quidem id possint divino Jure; & si qui alii ejusmodi sunt, ab Ecclesia id potestatis accipiunt. Peccatorum reservations fieri possunt

(a) Capitular. lib. 7. cap. 295.

(b) Neron. pag. 442. collat. constitut. tom. 1. l. 5. tit. 52.

p. 706.

(c) Lib. 36. cap. 8. n. 3. de raptor.
Lament. Tom. II.

(d) Sanchez l. 4. disput. 7. l. 7. disput. 12. num. 10. de ma-

trimoniis.

(e) In libro Judicium cap. 16.

(f) Conc. Trid. Sess. 14. de Penitentia, cap. 7.
P.

RESERVATIO PECCATORUM.

possunt a Conciliis, a summis Pontificibus, & Episcoporum Constitutionibus; eorumque peccatorum qualitate Tridentina Synodus exprimit. Ejusmodi reservationum finis vel generalis est, vel particularis; generalis est animalium salus, & Dei gloria; (a) particularis porro finis est in triplici genere; primus expectat, ut Ecclesia disciplina servetur; alter eo, ut ne fideles ad malum proponentes evadant, si facilis, quam par fuerit, suorum peccatorum veniam obtineant; tertius denique, ut pricipis Sedibus suis sit honos, ac reverentia.

Reservatio Confessarium sequitur, quocumque se conferat, facta hypothesi eum absolvere ejus auctoritate, qui reservationem posuit; non ita, si per aliquam aliam auctoritatem absolvatur; & hoc quidem regula ex eodem Tridentina Synodi loco dicitur; at non eadem penitentis est ratio, si e Diocesi, in qua peccatum reservatum commiserit, egrediatur: qua in re animadventendum est, nullam in mortis articulo reservationem esse, ne ea aeternae damnationis occasio sit, ita ut in omni reservatione mortis causis censetur exceptus.

Vide CASUS RESERVATI.

C A S U S .

Scrupuli super reservatorum criminum Confessione.

Qui semel peccata reservata Sacerdoti, absolvendi facultate pol-
lens confessus est, si per scriptulum, vel aliter de propriis
Confessionis validitate dubius, posse apud quemvis Presbyt-
terorum approbatum constare, quia refutatio per pri-
rem Confessum sublata est.

Q U A E S I T U M ,

A dolests, cum peccata reservata patrasset, Sacerdoti absolvendi facultate infra dictum confessus est; tum Religio- nis amplexus generalem Confessionem edidit, in qua ad particularia non descendens, sed fatis habens dicere se multis imputatis commisere, species non declaratis, Confessarium monuit eas reservatas fuisse. Religiosus, qui Confessionem audiit, ei absolutionem tribuit, minime sciscitans distinctionem explicacionis, nec interrogans de peccatorum natura; ille vero tranquillo per aliquot annos animo fuit, qui ejusmodi Confessio ullam ei molestiam asserret.

Verum deinde cum serio in se rediisset, timeretque, ne facilem forent Confessiones, quas, cum in humana societeate ver- sare, ediderat, atque ea, quam in ipso Religiosi ingressu insisteret, nulla esset, iterum & quidem non sine singulari cura & preparatione confessus est.

Rogant Sorbona Doctores, ut hunc Religiosum scrupulis eximant, decidantque, an ille Confessarius reservatos casus non habent confiteri potuerit?

R E S P O N S I O .

Consilium Conscientia subscriptum, ut propositis tribus quatuor

RECLAMATIO contra VOTA.

C A S U S .

Reclamatio contra vota post quinquennium,

- 1 Religiosus, elapsus a Professione annis quinque, contra sua vota reclamans non est audiendus, ejusque reclamatio nulla est.
- 2 Quoniam nulla ratione sunt ejus vota, nec possidere, nec restringere Parochiam posset, quam obtinuit, quia ea Parochia regularis non est.
- 3 Archidiaconus eo suam omnem operam conferre debet, ut cum ad Parochiam dimicrandam compellat.

Q U A E S I T U M ,

Petrus Professionem edit in Ordine Reformato, statim anno decimo sexto, & aliquot praeteri mensibus, quinquennium elabuit, quin contra sua vota reclamet; post hoc quinquennium Subdiaconatus Ordinem suscipit sub titulo parvularius, deinceps Diaconus creatur, ac Presbyter, quin eum Superioris adegnerit, vel aliam ipsa oppositionem refutatis sit. Decimo secundo circiter post Professionem anno a Romana Curia Rescriptum obtinet, contendens id aequipotenti, ut nulla declaretur ipsius Professio, eo praetextu, quod eam eders coactus fuerit ab eo, qui secundis nuptiis ejus aviam conjugem duxerat, cum ei tunc nec pater suparrellet, nec mater. Hujus Rescripti vi Diocesanis Officialis, & quidam Superior

(a) Vide Conc. Trid. loco cit. cap. 5. De ponis & remiss. Extravag. comm.

(b) S. Anton. 3. part. tit. 4. §. 17. Sylvester v. Confessio c.

q. 19. Cajetanus v.

Henriquez lib. 6. cap. 16. §. 5.

Reginald. lib. 8. cap. 5. n. 62.

satisficiat, existimat, Confessarium, qui Religiosi, de quo agitur, postremam Confessionem exceptit, reservatis Casibus, ut eum absolveret, opus non habuisse, quia peccatorum reservatio sublata fuerit in Confessione, quam Religiosi idem confecit, cum adhuc in humano convictu esset, etiam si ponere eum Confessione defectu dispositionis, vel sufficientis exanimis nullum fuisse. Cum enim Ecclesia quibidam peccatis reservationem apponit, & Fideles illud obstrictos jubar ad Ordinarium, vel ad alium ejus nomine delegatum accedere, ut ea confiteantur, eorumdemque penitentiam recipiant, eo nimis spectat, ut ipsorum animis maiorem eorum horrorem atque aversionem inspirat, redditus minus faciat Confessione.

Iam Religiosus hic sive priore generali Confessione huic Ecclesiæ mandato se subdidit, & quantum opus erat, ei fini satisfecit, quem illa peccatorum reservationem statuens sibi propulit. Haec Authorum communis sententia est, & nominatio S. Antonii, (c) Sylvesteri, Cajetani, Henriquez, Reginaldi, Suarez, Comitoli, Balkai, Meratii, Diana, Bonacis, aliorumque complurimi.

Præterea non erat absolute necessarium, ut Religiosus hic confiteretur, & absolvetur, ut ita ejus peccatorum reservatio tolleretur, quoniam extra Confessionem Ordinarium, vel ejus Delegatus, docente Bonacis s. 4. n. 3. loc. ad marginem cit. reservationem tollere possunt, cum Penitentis se fuisse, ut Ecclesia mandato parent, peccata sua reservata recitat, fibique impostiana penitentiam acceptat; ut proinde quocumque modo spectetur Confessio, quam Religiosus hic edidit, antequam Religionem susciperet, cum adhuc in humano convictu esset, ejus peccatorum reservatio sublata fuisse, nec amplius sublitterit.

Decimus in Sorbona Kal. Januarii an. 1693.
G. Fromageau.

Ordinis, in quo Professionem emisit, delegatur, ut negotium conjunctum expediat, ac judicent. Tres Jurisconsulti adhinc in consilium, & non obstantibus aliquibus violenter testimonios a Petro productis, ejus Professionem firmam, validamque declarant.

Non assertur, quid Ordinis Syndicus, Petri adversarius contra haec testimonia allegare posset, quia judicium ex praefertim editum est, quod Petrus Pralatis suis nullum reclamations Actum significaverit, quoniam id commode facere potuisset, quoniam ejus Aviz maritus, a quo se coactum contendebat, sex annis & amplius ante quam Rescriptum obtineret, occubuerat, & ipse post Avi sui mortem sacros Ordines sub tirando pauperis suscepere.

Petrus iterum ad Romanam Curiam confugit, novumque Rescriptum obtinet ad Officiale proximum, & ad alium ejusdem Ordinis Superiori. Contendit Ordinis Syndicus secundum hoc Rescriptum nullum esse, quod significativa non fuisse nisi post mortem Pontificis, qui illud concesserat, & decussis morte iam immotuerat, cum Rescriptum in Gallianis veniret. Accedit Petrus ad Senatum, in quo Rescriptum validum judicatur. Superior a Sancta Sede commissus, ut una cum Officiali hujus alterius Rescripti vi iudicione ferat, acta sibi communicari petit ab Officiali, qui renuit, inquit facit sicut ea legi, cum una aderentur de negotio iudicatur. Cum id Officialis abnueret, Superior statu hora non adeat, ut cum Officiali ipso sententiam dicant; ac proinde Officialis ipso unus iudicat, & nullam Petri Professionem pronuntiat. Appellat Ordinis Syndicus ab hac sententia; sed cum deinde intelligereret,

Petrus in Ordine diutius permanens, perturbationem, atque aedo scandalum oriri, ab appellante desistit. Tunc Petrus ex Ordine egreditur, habitum existit, & aliquanto post in Romana Curia Parochiam obtinet, que nunguam regularis fuit, quaque proinde non fecit cum tamem nihil esset, quod impidet. Ejus erat id probare, si ita se res habuisset, ac si forte impeditus fuisset, actu, vel argumento authenticis probare debuisset se reclamare, fibique confidere non potuisse, ut vel post quinquenium reclamacioni locus esset, ut Fevreetus contendit. Praeterea idem Petrus in Monasterio post Professio- nem permanit, ibique Ordines & Presbyteratum suscepit, quin etiam Superioris adegnerit, vel ipse ullam remissionem significaret; quoniam usque ad Religionem compulsa fuisset, quod non apparebat, ejusmodi coactio ac violencia testis suffit diuturna, quam in Monasterio servavit, communione. Ita olim respondit Innocentius III. *cautio*, si quis fuerit in voti enigmo, pacim, & pacientia positus profugatur. Id etiam in causa fuit, ut sententia, que romane Curia Rescriptum primum est consecuta, quaque fuisit offendit negotium non a Commisariis solum, sed a tribus quoque Jurisconsultis matre ponderatum fuisse, Petri, de quo agitur, Professio firma ac valida declaratur.

Quod secundum, sequitur ex haec dictis, Petrum ut posse vere ac proprie Religiosum non posse Parochiam, quam obtinuit, possidere ac retinere, iuxta principium illud vulgo receptum: *Regularis Regularibus, Secularia Secularibus*. Religiosus quidem ex Jure licet Parochias possidere, non tamem hujusmodi generis, ut ex lectione Capitis *Quod Dei timore, & ex Canonistarum in hunc locum unanimi sententia licet intelligi*.

Quod tertium, Archidiaconus, quantum in ipso est, curare debet, ut Petrum ad hujus Beneficii dimicacionem permeveat, & ejusmodi scandalum ex Ecclesia de medio tollat, nempe Monachum regulari statu relisko, habituque deposito, & quidem immixto, profrus ut Secularem contra jus fasque Parochiam possidere.

Decimus in Sorbona hac die 5. Maii an. 1694.

G. Fromageau.

Vide Dictionarium D. PONTAS.

R E D I T U S .

REDITUS nomine venit emolumenntum, quod aliquis terra fundis quotannis reddit, vel annua pecunia ex summa constitutioni vel sceniari data proveniens. Reditus argenti preto constitui Romanis ignoti fuerint, quia purum putumque mutuum apud eos lucrum producebat; quia porro nos lucrum ex mutuo nequam percipimus, inventa est lucri inde percipiendi ratio, alieno fundo per annum reditus constitutio- nem, & id quidem politici regimini gratia, ut nempe divites ad opes suas, quas scrinitis inclusis tene- rent, extrahendas permoverentur, potius quam eas simplici mutuo gratis in discrimen adducerent.

Occurrent conditions aliquæ in Reditus constitutione servandæ, quæ quidem ad tres rediguntur. Prima est, ut Sors alienetur, ita ut repeti nequeat. Altera est, ut census eum non excedat, quem Princeps Edicto in Senatu firmato definitur. Hic autem census non semper unus idemque fuit; olim exitit denario sexto decimo, deinde denario decimo octavo, tum denario vicefimo, atque adeo denario vicefimo quartto, quadragesimo & quinquagesimo; in præfentia denarius vicefimus in redditibus privatin constitutis est definitus. Tertia denum conditio est, ut Debitor possit Reditus, quem solvit, Sortem pro libito rependere. Occurrent veteres contractus constituti denario decimo secundo, & decimo quarto.

Reditus in personis, quæ solvendo sunt, tuta conscientia minoris emi non potest, quam creatus fuerit, nisi per Decretum ematur. Itaque omnis reditus suo iusto pretio emi debet; at non omnium redditum est idem premium. Distinguendum est inter pretium redditus, quo tempore creatus est, & illud, quo confare potest, dum jam creatus ad alium transferri; distinguendum est etiam inter Reditus, qui sunt, facileque exigi possunt, eosque, qui ejusmodi minime sunt. Plus V. in Bulla, quæ incipit: *Cum onus, Reditus constitutum alio, quam creationis pretio emi vetat; sed Bulla hac in Gallis recepta non est, præfertum cum Reditus non fatis tui, vel qui difficulter exigi possunt, minori pretio emi possint; quam fuerint constituti.*

Vide CONTRACTUS.

C A S U S .

Reditus Ecclesie propositus a Domus proxima Proprietario.

Parochus, & Reditus Parochie, qui mandata possunt, ut adi- ficia, qui ipsorum Ecclesie gravior officium, exequuntur solo, pati non possunt, eadem subfisteri, ut redditus anni, quem Proprietarius in compensationis modum se solutum pro- mittit.

Q U A E S I T U M ,

Et domus, que Parochialis Ecclesie N.... partem con- tingit. Ante annos circiter viginis constituta sunt, & aperte tenues sediculares parochiis ejusdem Ecclesie ope areæ Lame Tom. II.

ad eamdem domum pertinentis. Aliquot annorum lis extitit super eorum adiccularum demotionis ob incommoda, quæ Ecclesia afferunt. Superiore anno 1683, periti viri a Legato ci- vili nominati pronuntiabant ejusmodi redditus Ecclesie parochiis officere, ejusdem Ecclesie profectum autem, & præterea latrinas, utpote Ecclesie muris objectas, præter apterum turpitudinem, grave incommodum importare. Cum porro Tribunalis, vulgo Châles, Lentitia justa esset ejusdem domus eversio, Proprietarius ad Senatum appellavit.

Interea temporis idem Proprietarius Fabrice, quæ quidem inopia non laborat, spondet se annui redditus libras duodeci- sim solutum, ex lege, ut nil innovetur. Non est omnitem- dum, Proprietarius hunc locum Camponi domum, atque ita Ptores ita parvis cubiculis existentes rumor multum excita, Officii ac Missa tempore, quippe cum ex Altari quidam in cubiculis dicuntur, auribus oblitus. Fieri quoque posset, ut decursu temporis ibidem nequam homines ex- perierint.